



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 23. Cæsii Cardinalis mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

§. XXIII.

*Cæsi Cardinalis mors.*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1565.

*Eiac. p. 701.  
Vittorel. l. c.  
Ughel Ital.  
Sacra.*

Alter erat Fridericus Cæsius Romanus Angeli Cæsii Filius, qui die prima Julii Anno post partum Virginis millesimo quingentesimo natus juvenis adhuc Tudertanam Ecclesiam, quam ei Frater suus cesserat, a Clemente VII. obtinuit, eamque per decem annos Episcopus gubernabat: Postea Cameræ Clericis adscriptus a Paulo III. Mense Decembri anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo quarto Cardinalis tit. Sancti Pancratii renuntiatus est, sub Julio III. autem titulum Sanctæ Priscæ adoptavit, & demum Sfondrato Cardinale aut mortuo, aut dignitatem abdicante circa annum Salvatoris nostri millesimum quingentesimum quinquagesimum primum Cremonensis Ecclesiæ Episcopus nominabatur, quam etiam per decem annos regebat, eamque postea Prædecessoris sui Nepoti cedebat. Præficiabatur is etiam Vulturariensi, Prænestinæ, Albanensi, & Tusculanæ Ecclesiis, donec Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto Portuentis Episcopus crearetur: insuper inter illos octo Judices, qui Carasæ Cardinalis causam dijudicare jubebantur.

D d 2

beban-

Sæcul. XVI. bebantur, & ipse numerabatur, atque  
A C. 1565. intererat etiam sacris Cardinalium co-  
 mitiis, in quibus Julius III, Marcel-  
 lus II. & Pius IV. summi Pontifices eli-  
 gebantur. Tandem annum ætatis  
 suæ sexagesimum quartum una cum  
 sex mensibus, & viginti septem diebus  
 complens Romæ die vigesima quinta  
 Februarii animam Deo reddidit, pri-  
 moque fuit sepultus in Ecclesia Sanctæ  
 Catharinæ, quam pro quorundam  
 Nobilium Virginum sustentatione ad  
 Divi Ignatii preces larga manu dota-  
 bat: postea autem Corpus ejus ad Ec-  
 clesiam Sanctæ Mariæ Majoris trans-  
 latum, in marmorea tumba recondi-  
 tum fuit, unacum vera ejus effigie, ac  
 sepulchrali inscriptione.

## §. XXIV.

*Navagerus Cardinalis mortuus.*

*Ciac. p. 940.*  
*Augustin.*  
*Valer. vita*  
*hujus Card.*  
*Ughel. l. c.*

Inter Cardinales hoc anno defunctos  
 tertius erat Bernardus Navagerus  
 Venetus nobili, ac pervetusto genere  
 ex Patre Andrea Navagero Viro ad-  
 modum erudito Anno Christi millesimo  
 quingentesimo septimo natus. Hic in  
 patria sua humaniorum literarum, &  
 Philosophiæ studio Genevæ, & Patavii  
 confecto sua obsequia Reipublicæ im-  
 pendere intentus in pleno Senatu non  
 sine ingenti applausu sæpius Causidic-  
 cum